eos plus palam lata sententia
condempnauerat martini
armaret auctoritas Non
oportuisse hominem recipi me:
inbus illum iam non defensorem
hereticorum esse sed vindicem
nichil actum morte priscillia:
ni si martinus exerceat
illius ultionem Postremo
prostrati cum fletu et lame:
tatione potestatem regiam im:
plorant Utitur aduersus
unum hominem ui sua Non mul:
tum aberat quin cogeretur im:
perator martinum cum here:
ticorum sorte miscere Sed ille
licet episcopis nimio fauore
esset obnoxius non erat ne:
scius martinum fide sanctitate
ac virtute cunctis prestare
mortalibus Alia longe uia
sibi vincere parat Ac primo
secreto accersitum blande ap:
pellat hereticos iure dam:
natos more iudiciorum publi:
corum potius quam insectatio:
nibus sacerdotum Non esse
causam qua Itachii ceterorum
que partis eius communionem
putaret esse dampnandam
Theognistum odio potius quam

causa fecisse dissidium Eundemque
tamen solum esse qui se a commu:
nione interim separaret
a reliquis Nichil nouatum
quin etiam ante paucos dies
habita synodus Itachium
pronunciauerat culpa non
teneri Cum minus sermo marti:
nus parum moueret rex ira
accenditur Ac se de aspectu
eius abripuit et mox per:
cussores his pro quibus mar:
tinus rogauerat dirigunt
Quod ubi martino compertum
cum iam noctis tempore est
palacium irrupit spondet si
parceret se communicaturum
dummodo ut tribuni iam in ex:
cidium ecclesiarum ad hyspa:
nias missi retraherentur Nec
mora intercessit maximus
indulget omnia Post tridue
felicis episcopi ordinatio parabatur
sanctissimi sane uiri et pla:
ne digni qui meliore tempore
sacerdos fieret Huius diei
communionem martinus miscuit
satius estimans ad horam ce:
dere quam his non consulere
quorum ceruicibus gladius im:
minebat Veruntamen summa
ni episcopis intentibus ut